Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et annos constitui. qui hominem de limo
formavi. qui propter salutem humani generis in terris
in carne apparui. qui crucifixus et sepultus tercia
Hoc audiens pla lcc. die resurrexi.
cidus iterum in terram decidit et ait. Cre
do domine quia tu es qui omnia fecisti. et qui er
rantes convertis. Et dixit dominus ad eum. Si
credis vade ad episcopum civitatis et te bap
tizari facias. Cui placidus. Vis domine ut
hec eadem uxori mee et filijs nunciem ut
et ipsi pariter credant in te. Cui dominus. nuncia
illis ut et ipsi pariter tecum mundentur. Tu quoque
die crastina huc venias ut tibi rursum
appaream et que futura plenius tibi pandam.
Cum ergo domum venisset et hec in
lecto uxori nunciasset. exclamavit u
xor eius dicens. Domine mi et ego transacta
nocte vidi eum dicentem mihi. Cras tu et
vir tuus et filij tui venietis ad me. et